Sacra Cæsarea Mtas

~~Dñe~~ Dñe Clem[me]

Oedt

Cum Barone de Oedt tendente supplices manus ad Augustam Clementiam et benignum iudicium Sacræ Cæsareæ Mtis Vræ iungimus et nos multi Regni Poloniæ Proceres studiosissimas preces nostras, non transfugam Sacræ Mtis Vræ nostro tegentes ~~cleme~~ patrocinio sed clementiæ Cæsareæ admoventes hominem pro innocentia sua ~~Studiosis inter~~ Regni Studiosissimorum Sacræ Mtis Vræ vicinorum intercessionem, Regniq amici preces implorantem. At si nihil esset quod in illo commendari excusariq deberet profecto ne istæ quidem ad Sacram Mtem Vram a me literæ mitterentur. Sed enimvero Septemdecim annos in militia Augustæ Domus Austriacæ ~~[illegible]~~ vir iste exegit, supremiq Vigiliarum Præfecti munus diuturna virtute et vulneribus emeruit, nunc autem ~~ad casum~~ non protervia legibus vetita sed geminatâ colaphi contumeliâ tum violentâ aggressione, ferro, equo, bombardaq ad casum adactus, supplex Mtem Vram Dominum suum longe clementissimum una nobiscum orat velit Mtas Vra de hac ab eo infeliciter propulsata violentia ex ipsius modesta semper in bellis strenuitate, tum ex fidoneis etiam ipsius adversarii testimoniis iudicare. Dignus hoc erit

237

Caesarea erga nos non benignitatis tantum sed et Clementissimae indul-
gentiae cum uti speramus intelligimus a Sacra Caesarea Mte Vra etiam
crimina ad preces Poloniae condonari. Caeterum incolumitatem ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ~~omnem~~ omnemque diuturni ac felicissimi imperii faustitatem
~~[illegible]~~ Sacrae Mti Vrae a praepotenti Deo ego plurimique Regni huius
Proceres comprecamur. Varsaviae 7. Julii 1654.

d nicht

chen

~~...~~

stitaten

seins

238